quin post hac eâdem re cum Ordinibus agat, uiam
Illustritati suæ præcludimus.

Quis igitur non uidet, quid Juris Ill.mus Dux Curlandiæ
in Districtum Pilten hac parte habere possit, quo-
niam res omnis in eo quo fuit statu hodie relin-
quitur. Status autem in quo ante fuit Dis-
trictus Piltensis deducitur. Primum ex trans-
actione inter utrumque Ser.mum Stephanum Poloniæ
et Ser.mum Fridericum Daniæ Reges inita, quâ idem
Districtus Regno Poloniæ incorporabatur anno
Dni 1583. quo tpore licet Celsissimusque Mar-
chio Brandemburgen. Georgius Fridericus ut po-
tè prefatæ transactionis Conciliator summam
30. talerorum pro cessione Districtus Pilten.
ad Regnum Poloniæ Ser.mo Daniæ Regi exsoluit,
proptereà summa donec releuaretur, eundem
Districtum in hypothecam à Regno Poloniæ acce-
pisset, alio tamen Jure, quam hypothecario
eundem non tenuit.

Sciendum autem est, quod d.a summa hypothecaria,
non bona Nobilium istius Districtus, quæ sunt
libera, sed solum Capitaneatum, Arcem scilicet
Piltensem, et bona ad eandem pertinentia inuol-
uerit.

Postea cum Ill.mus Curlandiæ Dux Wilhelmus, pro
d.a summa hypothecaria districtum, uel potius
Capitaneatum Pilten. eximere uellet, eius
rei potestas per Constonem Regni, hac Conditione